



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et  
Mi-||racvlis Clari, Opera**

**Seuse, Heinrich**

**Coloniae, 1615**

Sabbatho, vel, ad Completorium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38029**

I.

**O** Splendor & candor lucis æternæ, quoniam penitus modò extinetur es, dum te anima mea in tristissimæ matris sinu examinatur, & pijs cum querimonijs acclamatur circumlectitur sub cruce. Extingue in me ardenter vitiorum omnium libidinem & cupiditatem. II. O speculum sine macula Dei misericordie, ut præ amore, salutis meæ causa contaminatum es. Repurga sordentes & grandes maculas vitiorum meorum. III. O imago lucidissima bonitatis Dei patris, quantopere conspicata es. Reforma ac redintegra depravatam animæ meæ imaginem. IV. O agne innocètissimum, quam immaniter tractatus es. Satisfac & expi noxiæ & male de te meritam vitam meam. V. O rex regum & Domine dominantium, præsta mihi obsecro, ut quemadmodum anima mea cum lamentis ac dolore te nunc ad abiectum complectitur: ita tu meam in tua sempiterna claritudine & gloria circumfici cum gaudio.

*Ad condolentissimam Matrem IESV.*

I.

**S**Acratissima virgo MARIA, recordans quæsto inæstimabilis doloris illius, qui inuasit, cum exanime filij tui corpus a pectore auelleretur. II. Memineris tristissimum sepulchro filij discessionis. III. Vestigiorum regressum tuorum miserabilium. IV. Mœstissimi cordis, ad filium sepultum suspirantis. V. Constantissimæ fidelitatis, & fidissimæ constanciæ, quam tu sola illi exhibuisti in cunctis eius

angustiis.